k *Scias tamen.*] Adde
46 tradita per Oſaſc. deciſio. Pedemont. 152. in fine. *Baiard.*

l *Siue confecerit inuentarium, ſiue non.*) Adde, quod iſta eſt crebrior ſententia, teſte Oſaſc. dicta deciſione 152. numero finali. *Giach.*

m *Vltimo quæro.*) Cartar. de execut. ſentent. capit. fin. num. 308. in fine. Farinac. in 4. uolum. q. 98. cauſa decimaſexta, nume. 144. *Roſ.*

Vltimo quæro.) Adde
57 tradita † per Couarruu. uariar. reſolut. libro 2. capit. 10. nu. 4. Et uide etiam Angel. de Caſt. in 2. tom. conſ. crimin. diuerſorum in conſil. 32. cum duobus alijs ſequent. ubi habetur, quod Iudæus propter baptiſmum non ſit puniendus pœna mortis, ſed alia pœna, & idem Angelus ibi numero quinto, dicit quod hoc ſibi uidetur æquum, & iuridicum, etſi baptiſmus eſſet ſuſceptus in fraudem, & cauſa euitandi pœnam mortis, & etiam ad ipſam pœnam mortis iam condemnatus fuiſſet, & hoc fauore fidei. Tiraquell. de pœn. temp. cauſa uigeſimaquinta, numero ſexto, cum ſequenti. *Baiard.*

n *Ego vero ſi caſus contingeret.*) ſupra quæſtione 36. uerſiculo ſed pone, ubi attenditur ſtatus temporis delicti, & ibi uarietates, dixi. *Drogh.*

communiter canon. ut dicit Abb in cap. in litteris, nu. 3. de rapt. quem refert Anan. ibi, poſt numerum 3. verſ. In gloſ. hæredes, Ioan. Brun. poſt relectiones Didaci, fol. 360, colum. 2. verſic. Secundo adde. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Canon. Abb. in cap. fin. poſt num. 6. de ſepult. quem refert Ant. Gomeſ. cap. 1. delictorum, numer. 85. Et illam communem appellat Aret. in rubric. ff. de acquir. hęred. col. 2. quem refert Ruin. conſilio 20. numero 1. lib. 4. Burgos in c. 1. col. 4. de empt. & vend. Didacus libro 3. reſolutionum, cap. 3. poſt numer. 7. Et hoc etiam ſi cum defuncto lis conteſtata non fuerit. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Legiſtarum, & Canoniſtarum Duennas regul. 13. nume. 12. Xuares allegat. 26. numer. 4. Menchiaca controuerſ. c. 96. poſt num. 27. verſic. ſexta limitatio.

18 *Scias* [k] *tamen, quod hæres non tenetur ex delicto defuncti, niſi vſque ad vires hęreditarias, & hoc* [l] *ſiue confecerit inuentarium, ſiue non, Et eſt communis opin. vt dicit Aret. in loco pręallegato, quē refert, & ſequitur Ruin. in dicto conſilio 20. circa fin. Neguſ. de pignor. fol. 50. nu. 124. in fin. Anan. in d. cap. in litteris numero ſeptimo, de rap. Didac. in d. cap. 3. numero octauo, Boß. in titul. de pœnis, numero 34.*

19 *Sed pone, quod delinquens reliquerit plures hęredes, & vius eorum non ſit ſoluendo: nunquid tenebitur alius exonerare conſcientiam defuncti? Reſpon. quod ſic: ita tenent Hoſtienſ. in cap. tua, de vſur. & eſt communis opinio, vt atteſtatur Alciat. in l. 2. §. & harum, num. 31. in fin. ff. de verb. abligat.*

20 *Vltimo* [m] *quæro, nunquid Iudęus, qui poſt commiſſum delictum ſuſcepit ſacrum baptiſma, poſſit pro eo delicto puniri. Reſpond. in hoc fuit aliquando controuerſia inter Doctores: nam gloſſ in cap. quod autem, in verbo, Pęnitentis, 32. queſt. 1. tenuit, quod nō: & dicit Ferrat. cautela 24. poſt numerum quartum, quod hęc eſt communis opin. Theologorum, quem refert Viuius in libro communium opin. in verbo, Accuſari poteſt Iudęus. Alij vero multis tenuerunt contrarium, ſcilicet, quod licet Baptiſmus tollat pœnam ſpiritualem criminum ante cōmiſſorum. non tamen liberat a pœna temporali, quę pro eis eſſet imponenda. Et hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Ioan. de Anan. in d. cap. de ijs poſt num. 6. quem refert Ruin. conſilio 13. numero tertio, libro quinto, vbi in facti contingentia ita conſuluit, licet ſubdat, quod erit in arbitrio iudicis eligere contrariam opinionem tanquam mitiorem, & ęquiorem. Berous in eod. cap. de ijs, num. 15. Apoſtil. ad Angel. de malefic. in verbo, Et ad querelam poſt num 91. Dec. conſilio 103. num. 2. Ferd. Loazes in §. ijs itaque, numero 28. Inſtit. de iuſtitia, & iure, quem refert Plaza libro primo delictorum, cap. 34. numero 17. Marquar. de Iudeis in tertia parte. cap. 5. numero primo.* [n] *Ego vero, ſi caſus contigeret, libentius inclinarem in opin. gloſſ. quę proculdubio ęquior eſt, & religioni noſtra magit fauet, magiſque attrahit Iudeos ad conuerſionem, vbi tamen non apparet, quod ſacrum baptiſma in fraudem ſuſcepiſſent. Bene verum eſt, quod in omnem caſum, licet talis Iudæus ſit liberatus a pœna temporali, non tamen erit liberatus a reſtitutione, vel emendatione damni, ad quam tenebatur ante baptiſmum ſuſceptum, & hoc dicit eſſe veriſſimū. & ab omnibus approbatum Ruin. in d. conſ. 13. num. 2.*

QVÆST. LII.

De negatiua probatione.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Si probetur delictum, de quo reus imputatur, non fuiſſe commiſſum, debet reus abſolui.*
2 *Poteſt quei* [i] *probari per rei euidentiam.*
3 *Item poteſt probari per teſtes.*
4 *Negatiua ſimplex, & indeterminata eſt improbabilis, ſecus autem ſi ſit coarctata loco, & tempore.*
5 *Poteſt etiam negatiua probari per dictum ipſius offenſi.*
6 *Et an exculpatio facta per offenſum eximat reum a tortura.*
7 *Vbi non conſtat de delicto, reus non poteſt puniri, remiſſiuè.*
8 *Si non appareat de nomine offenſi, an poſſit reus puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Negatiua non entis an ſit probabilis.*
2 *Teſtes ſuper negatiua præſumuntur falſi.*
*2 *Oratio negatiue que ſit.*
3 *Exculpatio quomodo ſit facienda, & quando proſit, remiſſiuè.*
4 *Inquiſitio valet, etiam quod ignoretur nomen delinquentis.*
5 *Cadaueris recognitio quomodo ſit facienda.*

ADDI-

ADDITIONES, Ad Quæſt. LII.

a Per *euidentiam rei.*) Cartar. de execut. ſentent. cap. fin. numero 42. *Roſſ.*

b *Sit per rerum naturam impoſſibile.*] Adde, quæ dixi ſupra ad q. 4. verſic. Hæc autem omnia, in fractura muri, de qua ibidem, Cartar. de execut. ſentent. cap. fin. nume. 43. *Drogh.*

Scias autem.) Immo poteſt probari, vide per Nattam conſ 684. & declara, vt per Spec. tit. de probar. §. probare col. 1. & 2. vide infr *Drog.*

Scias autem.) Adde vi-
1 dendum † Natt. in conſil. 648. vbi, quod negatiua non entis ſit punibilis. *Baiard.*

d *Prætereaetiam.*) Negatiua ſimplex eſt improbabilis, Farin. q 75. vol. 3. par. 3. nu. 221. *Roſſ.*

e *Si tamen coarctetur loco.*] Farin. q. 65. & part. 3. nu. 222. *Roſ.*

f *Non potuiſset eſse, vel fieri.*) Adde, ut cautus ſit teſtis, ne talia deponat ut hic in fine: tunc enim redditur per tale dictum, ſuſpectus de falſo, qua ſola ſuſpicione ſtante ſuper tali dicto carcerari poteſt, ut in ſuſpecto de falſo dixit Dec. conſil. 274. ſub nu. 5. & conſ. 602. nu 6. ad med. quod tamen limita, vbi teſtis ſic carcerandus uellet fideiubere, Capyc. deciſ. 30. num. 4. ſup. in § falſum uerſ. Trita eſt, & poteſt eſſe ratio, quia cum pro crimine falſi non ſit pœna mortis naturalis, ut eſt ſupra §. falſum, uerſicul Sed quæro fideiubendo euadit carceres per ea, quæ dixi ſupra quæſt. 46. verſ. In hac autem. *Drogh.*

g *Caueant tamen teſtes.*)
2 Adde † videndum Deci. in capitulo quoſdam contra, numero tertio, & vigeſimooctauo de probat. *Baiar.*

h *Dicuntur ſuſpecti de falſo.*] Vt per Deci. qui concordantes allegat in capitulo quoniam contra, numero tertio, & numero decimooctauo, de probationibus, uel procedere, inquit, etiam ſi uerbis affirmatiuis proponatur, quod & comprobat Apoſtilla il-
*2 lic, quoniam conſideratur effectus, & illa oratio † uerè negatiua eſt, quæ priuationem ſignificat, per Dec. poſt allegatos ibidem, qui illam limitat duobus modis.

Et primo, niſi negatiua ſit ſenſui coniuncta, adeòque cadat in ſenſum teſtis; puta, ſi dicatur, Titius non habet oculos, non habet birettum in capite, & tunc non probatur negatiua directo quia quòd non cadit in ſenſum teſtis, ſed indirectè probatur, quia ex quo non repræſentatur aliud viſui, iudico, quod nihil ſit in loco. Secundo prædicta concluſio non habet locum in negatiua coarctata loco, & tempore, quem bene probari poteſt, per indirectum tamen. vt per gloſ. in dict. cap. quoniam contra, & tradit Alexand. conſ. 43. Viſis libro quarto, num. 18. & hoc verū intelligitur, vt quando tali quando coarctata ſit, vt cadat in ſenſum teſtis, vt declarat Bald. in l. auctor. C. de probat. & tradit Dec. vbi ſupra, & in cap. tertio loco ſupra eodem. Et reſtrictio negatiuę etiam aliter conſiderari poteſt, videlicet, quando facta fuit diſcuſſio, & relatio per nuncium de comiſſione iudicis, per Dec. poſt alios relatos, ibidem. Similiter dicitur coarctata negatiua, quæ reſtringitur ad certam ſcripturam vt per Dec. ibid. cū multis ſimilibus, vt in conſil. meo ſynd. numer. 389. 290. Et caueat regulariter teſtis ne aſtruat merā negationem: quia poſſet puniri de falſo, vt per Iacob. de S. Georg. in leg. ſi per alium §. docere, ff. ne quis eum qui. *Giach*

i *Poteſt etiam.*] Farin. volumin. 2. quæſt. crim. quæſt. 46. numero 104. & ſequent. numero 110. & 113. & 116. & ſeq. *Roſ.*

Poteſt etiam hęc ne-
3 *gatiua.*] Adde videndum † Couar. variar. reſol. lib. 2. capit. 18. numer. 8. in fine, Menoch. in comment. præſumptio lib. 1. quæſtion. 90. Ioann Ant. de Nigr in capitul. ſeptimo, frequens, numero 76. cum ſequenti. Alciat. de præſumptio. regul. 3. præſumptio. quarta, numero decimo, & Vulpel. in conſilio 225. numero 27. & in conſil. 113. numero octauo, & Burſat. in conſil. 20. numero 38. & 39. & Hercula. in tractat. de negat. proban numero 159. & omnino d. dentes ad Bertaz. in conſilio 246. in leg. ſecunda, volumine primo, vbi latiſſimè, quibus modis fiat exculpatio, & quando proſit inculpato, vide etiam Maſcard de probat. concluſ. 1130. numero decimo, & 15. & de exculpatione eius, qui extra carceres facit fidem ad fauorem alicuius carcerati, puta pro homicidio, dicentis ſe illud homicidium feciſſe, & propterea carceratum eſſe innocentem, vide Foller. in practica criminali in ſecunda parte, 3 parte, in verb. confitebuntur, numero nono, vbi tenet talem exculpationem non prodeſſe. *Baiard.*

QVÆST. LII.

1 T*Vetur etiam ſe quandoque Reus probando delictū ipſum nō fuiſſe commiſſum, idque probari poteſt in primis, per euidentiam rei, puta, ſi homo qui dicitur occiſus, exhibeatur viuus, vel domus, quæ dicitur combuſta, reperiatur illęſa, & huiuſmodi. Et dicit Bald. in l. ſi quis teſtibus in fin. C. de teſtibus, quod ſemel contigit de facto, quod fuit exhumatum corpus illius, qui dicebatur vulneratus, & cum repertum fuiſſet, quod ille non fuerat vulneratus, fuit reus abſolutus, licet contra eum plene probatum fuiſſet. Et illud dictum Bald. refert Ang. de malef. in verbo, Comparuerunt, & produxerunt inſtrumentum pacis, numer. 33. & Pract. Carer. fol. 558. num. 96. Vide, quę dixi infr. q. 98. verſ. ſed nunquid. Idemque ſi delictum, quod commiſſum fuiſſe dicitur.* [b] *ſit per rerum naturam impoſſibile, prout contigit ſuperiorib. annis in quodam Io. Ant. Zanetto cau pone, contra quem proceſſum fuit per curiam Papiæ, tanquam quod præpoſtera venere fregiſſet cuidam feminæ rectum inteſtinū, ex qua parte ipſa poſtea peperiſſet, de quo proceſſu valde miratus eſt Senatus, & ipſum Zanettum tanquam de re incredibili accuſatum abſoluit, 2. Decemb. 1546. P. N.*

3 *Item poteſt probari per teſtes, probando negatiuam ſcilicet, quod reus delictum ipſum non miſerit, neque cōmittere potuerit.*

4 *Scias autem, quod negatiua non entis eſt improbabilis, ſecundum omnes, vt dicit Igneus in repet. §. nō alias, numer. 77. ff. ad Silla.* [d] *Præterea etiam negatiua ſimplex & indeterminata eſt improbabilis, vt dicit gloſſ. in cap. bonæ, il 1. in verbo, Per rerum naturam, de elect. quam dicit eſſe communiter approbatam Pariſ. in capit. quoniam contra, numero octauo de probat. Hanc etiam opinio, dicit eße communem Hercul. de probat. negat. numer. 272.* [e] *Si tamen coarctetur loco, & tempore, tunc æquè probatur, vt affirmatiua, quando ſcilicet teſtes deponunt ipſam negatiuam, & reddunt rationem, quod* [f] *non potuiſſet eſſe, vel fieri, quin ipſi teſtes vidiſſent, vel ſciuiſſent. Ita dixit gloſſ. in §. ſi verò abſint, in verb. Et vidiſſe, in auth. de hære. & facі. colla. 1. & ait Felin. in cap. in noſtra, numer. 8. in fin. de teſti. quod audiuit Aretin. in voce dicentem, quod opin. illius gloſſ. obtineretur in practica, quia eſt communis, quē refert Ruin. conſil. 97. circa fin. lib. 4. Hanc etiam eſſe veram, & receptam ſententiam atteſtatur Simançąs de hæret. capit. 26. numer. 4.* [g] *Caueant tamen teſtes, quia eo ipſo, quod deponunt ſuper negatiua,* [h] *dicuntur ſuſpecti de falſo, quod tamen intellige iuxta ea, quæ dixi ſupra hoc eod. lib. §. falſum, verſic. ſolet etiam.*

5 *Poteſt* [i] *etiam hæc negatiua probari per confeſſio-*

Licet

K *Licet enim aſſertio vulnerati.*] Supra quæſt. 21. verſ. Aſſertio vulnerati in principio, et diſtingue aſſertionem vulnerati nõ morientis, de qua dicta queſtion. vigeſimaprima, vbi ſupr. ab aſſertione vulnerati, & morientis, vt hic; Hæc enim aſſertio facit indicium, illa verò nõ; adde ſupra quæſtione 7. verſiculo habes igitur, ibi nam aut talis denunciatio; Alexand. tractat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 44. num. 5. & preſumpt. 4. numero 10. & de veritate in contrarium apparente huic dicto morientis, adde Boſſ. tit. de indicijs, numero 84. *Drogh.*

l *Quod non conſtat de nomine offenſi.*] Supra q. 4. Verſic. Quando verò. *Drogh.*

Quod non conſtat de nomine.] Adde quod ſimili-
4 ter † valet inquiſitio, etiã quod ignoretur nomẽ delinquentis, vt ſup. in quæſtione trigeſimaprima, verſiculo contra, & aduerſus, & eo caſu, quando iudex mittit ad inſpiciendum ca-
5 dauer, † faciat deſcribi ſigna dicti cadaueris, Farinac. queſt. 2. numer. 28. latiſſimè. *Baiard.*

nem, & dictum ipſiuſmet offenſi, [k] licet enim aſſertio vulnerati contra aliquem non probet, neque facit indicium ad torturam, tamen econuerſo dictum de functi ex colpantis inputatum de homicidio. tollit omnia indicia, quæ ſunt contra ipſum, ita vt ex eis non poſſit torqueri. Ita dicit Bald. in l. 1. nu. 33. C. communia delegat. & eſt communis opi. vt dicit Plottus inter conſilia criminalia diuerſoſum, conſ. 110. nu. 1.
6 *lib. 1. Quam tamen intellige, vt procedat, quando res eſt dubia: ſed ſi appareret de veritate in contrarium, vel eſſent contra reum indicia valde vrgentia, & proxima delicto, non eßet ſtandum huiuſmodi aſſertioni, ſaltem ad euitandam torturam. Et ita practicatur teſte Blanco in pract. crim. fol. 28. nu. 101. Plerumque enim videmus, quod aſſenſi, ſiue propter remiſſionem, quam fecerunt vulneranti, ſiuè propter ſuaſiones amicorum, faciunt huiuſmodi proteſtationes veritati contrarias: propterea in hoc maximè verſabitur iudicis arbitrium, qui inſpecta qualitate facti, conſiderabit, an talis exculpatio videatur veriſimilis, vel ne; & an ei ſtandum ſit.*

7 *Præterea etiam poteſt reus ſe defendere, allegando, quod non conſtat de delicto, & circa hoc videnda ſint ea, quæ dixi ſupra quæſt. 4. & infra quæſt. 55. verſic. poteſt etiam, & ſeq.*

8 *Vlterius etiam poteſt opponere, [l] quod non conſtat de nomine offenſi, vel occiſi. Sed certe hæc defenſio nnn eſſet admittenda, valet enim inquiſitio, & accuſatio ſuper homicidio, licet ignoretur nomen occiſi, ſecundum gloſſ. quæ reputatur ſingularis in cap. libellorum, in verbo, Caio Sein. 2. quæſt. 8. quæ quidem indiſtinctè obſeruatur in practica, prout etiam ſe vidiſſe ſæpius ita practicari atteſtatut Angel. in l. 1. §. interdum, num. 2. ff. ſi pars hæred. peta. & in l. ſi exceptione, §. in hac, num. 3. ff. quod metus cauſa, quẽ refert Aug. ad Angel. de malefic. in verb. hæc eſt quædã inquiſitio, poſt num. 90. Et hoc ſciunt omnes, vt dicit Boſſ. in tit. de delicto, nu. 33. Vide, quæ dixi ſup. quæſt. 4. verſ quando vero.*

QVÆSTIO LIII.

De exceptionibus, quæ contra Teſtes in Cauſis Criminalibus opponi poſsint.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De exceptionibus, quæ contra teſtes proponuntur.*
2 *Et an ſi opponantur crimina, opus ſit ſpecificare locum, & tempus commiſſi delicti.*
3 *Et an opus ſit etiam probare, quod communi opinione habẽtur pro talibus.*
4 *Et an opponens contra teſtes crimina, & ea nõ probans, teneatur actione iniuriarum.*
5 *De exceptionibus, quæ contra proceßum ipſarum atteſtationum proponuntur.*
6 *De exceptionibus, quæ contra dicta teſtium proponuntur.*
7 *De exceptione falſi.*
8 *Et an teſtis falſus in vno probet in alijs.*
9 *Et quid ſi teſtis falſum dixerit in non concernentibus ſubſtantiam rei de qua agitur.*
10 *Et quid ſi ipſemet ſibi contradicat, quia ſcilicet aliquando vnum aliquando aliud dixerit, cui dicto ſtandum ſit, primo an ſecundo.*
11 *Et quid ſi primo dixit vnum extra iudicium, deinde contrarium in iudicio.*
12 *Et quid e conuerſo.*
13 *Et quid ſi in vno iudicio dicat contrarium eius, quod dixit iu alio.*
24 *Et quid ſi in primo dixit nihil ſcire, in ſecundo vero deponit de veritate rei.*
15 *Et quid ſi in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas contraria deponat.*
1< *Et quid ſi primo depoſuit per verbum Credo, ſecundo autem per verbum aſſertiuum veritatis.*
17 *Et quid ſi teſtis neget ſe ita depoſuiſſe, vt ſcriptum reperitur*
18 *Teſtes ſingulares an probent.*
19 *Et quid ſi agatur de probando in genere aliquem eſſe adulterium, vel huiuſmodi.*
20 *Et quid ſi Epiſcopus faciat ſtatutum, quod crimen vſurarum poſſit probari per teſtes ſingulares.*
21 *Et quid ſi princeps teſtificetur contra aliquem, an ei ſoli credatur.*
22 *Teſtis non reddens cauſam ſcientiæ, etiam non interrogatus, in cauſis criminalibus nihil probat.*

Ex Additionibus.

1 *Teſtes quando repellantur, remiſſiue.*
2 *Exceptio oppoſita contra teſtes an ſit reſeruanda, vel à principio repellat.*
3 *Probatio quando dicatur fieri incontinenti.*
4 *Exceptio requirens altiorem indaginem, eſt reſeruanda; & quæ ſit.*
5 *Teſtes examinati in prima inſtantia non poſſunt repulſari in ſecunda, niſi ex falſitate.*
6 *Teſtes poſſunt probari falſi, etiam poſt ſententiam.*
7 *Teſtem falſum allegans, quia ſubornatum, an teneatur utrumque probare.*
8 *Repulſa quomodo fiat in Regno Neap.*
9 *Inimicitia repellens teſtes debet eſſe grauis.*
10 *Repulſari poſſunt teſtes etiam poſt mortem.*
11 *Repulſa debet fieri in ſpecie.*
12 *Teſtis an teneatur reſpondere ſuper crimine ſibi ſubiecto.*
13 *Teſtis criminoſus non repellitur, ſi agitur ciuiliter in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
14 *Teſtis an poſſit vti ſocius repulſari, ſi reus negauerit delictum commiſſum.*
15 *Obijcientes contra teſtes, & non probantes, an pœnam incurrant.*
16 *Et quod in Regno Neapolitano.*
16 *Qui deponit falſum per errorem non dicitur falſarius.*
17 *Teſtis in vno falſus an in omnibus fide careat.*
17 *Teſtis aſſerens poſt depoſitionem ſe in ea dixiſſe falſum parti non præiudicat.*

Perin-

18 *Periurus non eſt idoneus, etiam quod ſit abſolutus.*
Teſtis falſus quo ad vnum articulum in omittendo, non repellitur, quo ad alios, num. 19.
Falſitas in vno capitulo non vitiat cetera omninò diuerſa, numero 20.
21 *Teſtis iurans dicere veritatem ſuper omnibus, de quibus interrogabitur, ſi in aliquibus circunſtantijs ſit falſus, an in ceteris probet.*
22 *Teſtis falſus in his, quæ mediate ſpectant ad negotium, nõ repellitur in totum.*
23 *Teſtes (licet diuerſi in genere armorum) probant homicidium.*
24 *Teſtes quando dicantur varij, & contrarij.*
25 *Teſtis vnum dicens in iudicio, & aliud extra an probet.*
26 *Teſtis, falſum dicens extra indicium an puniatur.*
27 *Et quid ſi in iudicio depoſuerit, & extra reuocauerit.*
28 *Et quid ſi dicat extra iudicium ſe in iudicia falſum depoſuiſſe, an noceat primæ depoſitioni.*
28 *Tortura quando ſit loco teſtis idonei.*
29 *Teſtis contrarius, an probet, remiſſiuè.*
30 *Et quando poſſit ſuum dictum corrigere.*
31 *Veriſimilia quæ dicantur.*
32 *Teſtis in prima tortura dicens vnum, in ſecunda aliud, eſt tertio torquendus.*
33 *Teſtis ſi in prima, & ſecunda tortura variet, cui dicto erit ſtandum.*
34 *Teſtis repetendus an poſſit ſe remittere primo examini.*
35 *Teſtes contra dicente Notario, cui credatur.*
36 *Teſtes ſingulares quando probent, remiſſiuè.*
37 *Et quando dicantur ſingulares.*
38 *Teſtis non dans conteſtem in ſpecie dicitur ſingularis.*
39 *Teſtes nobiles veriſimilia deponentes probant, licet ſingulares.*
40 *Teſtis* Fiſci *pro reo deponens probat, licèt ſingularis, & de auditu.*
41 *Iul. Clar. à* R*im. iun. impugnatur.*
42 *Papæ, Cardinali, Iudici, Notario an credatur.*
43 *Principi recognoſcenti ſuperiorem non creditur.*
44 *Papæ creditur in antiquis, & cum adminiculis.*
45 *Teſtis non reddens rationem ſcientiæ quando probet.*
46 *Et quid ſi ex diſpoſitione ſua ratio colligi poſſit.*
47 *Teſtes ad defenſam probant etiam domeſtici, & per verbum credo.*
Teſtes varij, contrarij, & vacillantes qua pœna puniantur, ſub num. 33.
Imperator, Rex, & alius Princeps non poteſt ſtatuere, quòd Imperator, Regi, vel alteri Principi credatur in cauſa propria, ciuili, vel criminali, ſub nu. 44.
48 *Teſtes deponentes de auditu ad defenſam, an & quando, & quid probent.*

ADDITIONES
Ad Quæſt. LIII.

a E*ſt etiam pars defenſionis.*) Adde ſupra quæſtione 14. verſicul. Dixi quoque quæſtione vigeſimoquarto, verſiculo *Drogh.*

QVÆST. LIII.

1 E*ſt etiam [a] pars defenſionis exceptio, quæ fit contra teſtes, a quibus reus grauatur, poteſtq. hęc exceptio ex triplici capite proponi, quorũ primũ reſpicit perſonã ipſorũ teſtiũ, quia ſcilicet non eſſent in cauſa criminali examinan-*

Eſt etiam pars defenſionis.) Obiter hic quæro, An teſtium nomina aduerſario ſint edenda, vide, & dic per Iacob. de S. Geor. in l. lege Iulia, nume. 3. de teſtibus. *Giach.*

Eſt etiam pars defenſionis.] Aduerte, quòd Farinac. tradit vltra infraſcriptas etiam plures exceptiones generales contra dictum teſtium, dicto 3. volum. & vigeſimoprimo loco illam quando depoſitio eſt dubia, obſcura, & incerta, quæſtione 68. num. 1. §. 1.

Secundo illam, quando deponit de credulitate, quam latè explicat d. q. 68. nu. 62. & ſeqq. §. 2.

Tertio illam de auditu alieno, quæſtione ſexageſimaoctaua, cap. 1.

Quarto, an teſtes de auditu probent conſanguinitatem, dicta queſt. cap. 20.

Quinto, an probent in antiquis dicta quæſtione 69. capitulo tertio.

Sexto, de auditu proprio quando probent, dicta quæſt. 99. capitulo 4.

Septimo ſi loquentis vocem ſe benè notam habere aſſerũt d. q. 69. cap. 5.

Octauo de auditu ex interiecto pariete, vel cortina, dict. q. 60. cap. 60.

Nono, an dicant ſe audiuiſſe Titium, & Bertam ſe carnaliter cognoſcere retro cortinam dicta quæſt. 69. capit. 7. Scias quoque, quòd idem Farin. in d. volum. 3. quæſt. 80. ponit diuerſas alias oppoſitiones contra examen teſtium nempè, num. 1. de teſte, qui vltro ſe offert, numero vigeſimoſeptimo, quando deponit per ſcripturam, numero 55. de die feriato, num 60. quando ex termino, num. 92. quando ſecretò examinantur, numero 105. quando in articulo mortis, numero 114. de numero effrenato refrenando, & 108. quando in iudicio nullo de materia potius ciuilis. *Roſ.*

1 *Eſt etiam pars defenſionis.*] Adde, quòd Afflictus † in conſtitution. mores diſſolutè numero primo cum ſequent. folio 228. ponit 42. cauſas, quibus teſtes à teſtimonio repellantur. Vide etiam Monticell. in repetit. teſtium, fol. 185. cum multis ſequentibus, vbi ponit quibus modis teſtes impugnari poſſint; & an ad probandam inhabilitatem teſtium requiratur, quod probetur illam adeſſe tempore iuramẽti, vel depoſitionis, vel requiratur, quòd abſit inhabilitas vtroque tempore; Maſcardus concluſ. 1356. numero 9. volum. 3. & concl. 1356. numero nono, volumine tertio, & concluſ. 26. num. 5. volum. 1.

2 Item adde, † quod quãdo opponitur exceptio cõtra teſtes, eſt in arbitrio iudicis recipere probationẽ exceptionis ſtatim, vel reſeruare ad tempus publicationis, licet regulariter reſeruetur, Felyn. & alij in cap. ex parte, de teſtibus. Maſcardus de probationibus, concluſ. 694. & Menoch. de arbitr. iud. caſu 239. numero nono. Hoc tamen fallit in exceptione excommunicationis contra teſtem oppoſita propter periculum communionis: & ideò dicta exceptio non eſt reſeruanda, ſecundum Ioãnem Andr. in dicto cap. ex partè, & Lanfr. in tractatu de teſti. numer. 67. Fallit etiam, ſi opponens ſe offerat incontinenti probaturum, nam tunc etiam debet admitti probatio, & non reſeruari, vt per Innocent. in dicto cap. ex parte, numer. 1. in verbo probaturum, & Lanfranc. in d. num. 67. Fallit etiam, quando opponitur inimicitia capitalis, Authentic. ſi teſtis, §. ſi verò, C. de teſt. & ibi Bartolus numero decimo, & Lanfranc. in dicto numero 67.

Item fallit, ſi opponens dicat, vitium eſſe publicum, ſiue notorium: & tunc etiam non reſeruatur, ſecundum Innocentiũ in d. cap. ex parte, nec requiritur, quod opponens offerat incontinenti ſe probaturum, vt dicit Felyn. in d. c. ex parte, num. 14. & ad omnia prædicta vide Maſcard. de probatio. concluſ. 694. volum. 2. Fallit quoque, ſi eſt exceptio infamiæ de facto ex delicto, & offeratur probatio incontinenti, ſecundũ Ferret. conſil. 367. in princ. vol. 2. & ibi numero 9. dicit, quòd ſatis eſſet, ſi peteret breuem dilationem, etiam ſi non ſe offerret incontinenti, & quod appellatio eſſet bona, ſi ſtatim probatio non admitteretur, ſed illi reſeruaretur; & quando offertur probatio incontinenti, non requiritur, quod offerens teſtes ſecũ ducat, ſed ſufficit, quòd ſimpliciter ſe offerat incontinenti probaturum. Dec. in c. interpoſita, col. 3. verſ. poſtremò, de appellat. & ibi habetur, etiam ſi interpoſita fuerit appellatio, corã quo veritas exceptionis ſit probanda, an coram iudice, à quo, vel
3 iudicem, ad quem, & quando probatio dicatur † fieri incontinenti, remittitur arbitrio iudicis, ſecundum Menoch. de arbitr. iud. caſ. 9. nu. 5.

 Item